

Picentū, Marfos, Pelignos, Sabinos, Umbriā, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaq; ab Apēnino: transq; alpes, Galliā Aquitanicā, Vienne, Pyrenaeū, Celtiberiā. Umbilico xxxv. pedum, umbra xxxvi. Ut tamē in parte Venetiā exaequetur umbra gnomoni: amplissima dies horarū equinoctialium xv. et quintarū partium horae trium. Haecenus antiquorū exacta celebravimus. Sequentium diligentissimi, quod superest terrarum tribus assignauere segmentis. A Tanai per Maotim lacum & Sarmatas usq; Borysthenem, atq; ita per Dacos partemq; Germaniā, Gallias oceanū littora amplexi, quod esset horarū sedecim. Alterū per Hyperboreos et Britaniā, horarum decem & septem. Postremū Scythicū à riphæis iugis in Thulen, in quo dies continuarentur (ut diximus) noctesq; per uices. Idem & ante principia quae fecimus, posuere circulos duos. Primum per insulam Meroen, et Ptolemaidem in rubro mari ad elephantorum venatus conditam: ubi longissimus dies xij. horarū esset, dimidia hora amplior. Secundum per Syenen Aegypti cunctē, qui esset horarum tredecim. Idemq; singulis dimidia horarum spatia usque vltimum adiecere circulis. Et haecenus de terris.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER VII.

PRO O E M I V M.



M V S, et in eo terra, gētes, maria, insula, insignes vrbes, ad hunc modum se habent. Animantium in eodē natura, nullius prope partis cōtēplatione minor est, siquidem oīa exequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini, cuius causa uidetur cuncta alia genuisse natura, magna & seua mercede contra tanta sua munera: ut nō sit satis aestimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Ante omnia unū animantium cūctorū, alienis uelat opibus: ceteris uarie tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, uillos, setas, pilos, plumā, pēnas, squamas, vellera. Truncos etiā arboresq; cortice, interdū gemino, à frigoribus & calore tutata est. Homine tantū nudū, & in nuda humo, natali die abijcit ad uagitus statim & ploratū, nullumq; tot aīalium aliud ad lacrymas, & has protinus uitae principio. At Hercule risus, praecox ille & celerrimus, ante quadragesimū diē nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quae ne feras quidē inter nos genitas, uincula excipiunt, & oīum membrorum nexus: itaq; feliciter natus iacet, manibus pedibusq; deuinctis, flens, animal ceteris imperaturū: et à supplicijs uitam auspicatur, unā tantū ob culpā, quia natū est. Heu demētiā ab ijs inijs existimantiū ad superbiā se genitos. Prima roboris spes, primūq; tēporis munus, quadrupedi si-

milem facit. Quando homini incessus? quando vox? quando firmum cibus os? quandiu palpitans vertex, summa inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi, totq; medicina contra mala excogitata, & haec quoq; subinde nouitatibus uicta. Cetera sentire naturam suam, alia pernicitatē usurpare, alia praepetes uolatus, alia uires, alia nare: Hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non uesci: breuiterq; non aliud naturae sponte q̄ flere. Itaq; multi extiterē, qui non nasci optimum censerent, aut q̄ occisime aboleri. Vni aīantium luctus est datus, uni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra: uni ambitio, uni auaritia, uni immēsa uiuendi cupido, uni superstitio, uni sepulturae cura, atq; etiam post se de futuro. Nulli uita fragilior, nulli rerum oīum libido maior, nulli paucior confusior, nulli rabies acrior. Deniq; cetera animantia in suo genere probe degunt: congregari uidemus, & stare contra dissimilia: leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes: ne maris quidem beluae ac pisces, nisi in diuersa genera, seuiunt: At Hercule homini plurima ex homine sunt mala.

Gentium mirabiles figurae. CAP. I.

ET de uniuersitate quidem generis humani, magna ex parte in relatione gētū diximus. Neque enim ritus moresq; nūc tractamus innumeros, ac totidē pene quot sunt hoīum cōtus. Quaedā tamen nō omittere ducō, maximeq; longius à mari degentiū: in quibus prodigiosa aliqua et incredibilia multis, nisi sumiri haud dubito. Quis enim Aethiopus anteq̄ cerne- ret credidit, aut quid nō miraculo est cū primū in notitiā uenit? Quam multa fieri nō posse, priusq̄ sint facta, iudicatur? natura uero rerū uis atq; maiestas, in oībus momentis fide caret: si quis modo partes eius, ac nō totā cōplectatur animo. Ne pauones aut tigrum, pātherarūq; maculas, & tot aīalium picturas cōmemorē, parū dictū, sed immensum aestimatione, tot gētium sermones, tot lingua, tanta loquēdi uarietas, ut externus alieno pene nō sit hominis uice. Iam in facie uultūq; nostro, cū sint decē aut paulo plura membra, nullas duas in tot milibus hoīum indiscretas effigies existere: quod ars nulla in paucis numero praestet affe- ctando. Nec tamē ego in plerisq; eorū obstringā fidē meā, potiusq; ad autores relegabo, qui dubijs reddentur omnibus: modo ne sit fastidio Gracos sequi, tanto maiore eorum diligentia uel cura uetustiore.

De Scythiis & aliarū diuersitate gētū. CAP. II.

E Sse Scytharū genera, et quidē plura, quae corporibus humanis uescerētur, iudicauimus. Id ipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarū ac Sicilia et Italia fuisse gētes huius monstri, Cyclopa, & Lestrygonas, & nuperrime trans alpes hoīem immolari gentium earū more solitū: quod paulum à mandando abest. Sed & iuxta eos, qui sunt ad septentrionem uersi, haud procul ab ipso aquilonis exortu, specuque eius dicto, quem locum Gesclitron appellant